Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gladiũ mducũ sup te ego dõ locut sum.
Et factũ est sm̃o dõi ad me dicẽs. VI
Fili hõis pone faciẽ tuam admontes israel et prophetabis ad eos et dices. Montes israel audite verbũ dõi. Hec dicit dõs montibus et collibus et ruptibus et uallibus. Ecce ego inducã super uos gladiũ et disperdam excelsa uestra et demoliar aras uestras et confrigent simulachra uestra et deiciam interfectos uestros ante idola uestra. Et dabo cadauera filiorũ israel ante faciẽ simulachrorũ uestrorũ et dispergã ossa uestra circũ aras uestras. In omnibus habitaculis uestris. Urbes deserte erunt et excelsa demolient et dissipabunt et destruent aree uestre et confringẽtur. Et cessabunt idola uestra et auferẽtur de lucis uestris et delebunt opera uestra et cadet interfectus in medio uestri. Et scietis quia ego sum dõs. Et reliquias in uobis eos qui fugient gladiũ in gentibus et dispersi erunt in terras. Et recordabuntur mei illi qui euaserint inter gentes in quas ducti sunt. Quia contriui cor eorum fornicantes et recedẽs a me et oculos eorum fornicantes post idola sua. Et displicebunt sibi super malis quas fecerant in omnibus abhominationibus suis. Et scient quia ego dõs non frustra locutus sum ut faciẽrem eis malũ hoc. Hec dicit dõs
Percute manũ tuã et allide pedẽ tuũ et dic
Heu heu ad omnes abhominationes malorũ domus israel quia gladio fame et peste ruent. Qui longe est peste morietur. Qui autem prope gladio corruet et qui relicti fuerint et obsessus fame morietur. Et complebo indignationem meã in eis. Et scietis quia ego dõs cũ fuerint interfecti uestri in medio idolorũ uestrorũ in circuitu arae eorũ super omne collem excelsum et in uerticibus montium et sub omni ligno frondoso et sub omni quercu frondosa. In locis ubi accendunt thura redolentia in omnibus idolis suis. Et extendam manũ meam super eos et faciam terram eorum desolatam et desertam a deserto deblatã in omnibus habitaculis eorum et scient quia ego dõs. VII
Et factus est sermo dõi ad me dicẽs. Et tu fili hõis hec dicit dõs dõs israel finis venit. ecce finis super quattuor plagas terre. Nunc finis super te. Et mittã furorem meum in te et iudicabo te secundũ uias tuas et ponam super te omnes abhominationes tuas. Et non parcet oculus meus super te et misereor non uias tuas ponam super te et abhominationes tue in medio tui erunt. Et scietis quia ego dõs. Hec dicit dõs dõs. Afflictio una afflictio ecce ueniet. Finis venit uenit finis. Evigilabit aduersum te. Ecce uenit. Venit exercitus super te habitator terre. Venit tempus prope est dies occisionis non gloriemur montium. Nunc effundam iram meam super te et complebo furorem meum in te et iudicabo te secundũ uias tuas et ponam super te omnes abhominationes tuas. Et non parcet oculus meus nec misereor. Secundũ uias tuas ponã super te et abhominationes tue in medio tui erunt. Et scietis quia ego sum dõs percutiens. Ecce dies ecce uenit. Egressa est contritio. Floruit uirga germinauit superbia iniquitas surrexit in uirga iniquitatis. Non ex eis et non ex populo eorum et non erit requies in eis. Uenit tempus appropiauit dies. Qui emit non letetur et qui uendit non lugeat quia ira super omnem populum eius. Quia qui uendit adhuc quod uendit non redibit et adhuc in uiuentibus uita eorum. Visio non adeo in multitudinem eius non regredietur et uir in iniquitate uite sue non confortabitur. Canite tuba in prompto omnis et sit qui uadat ad prelium. Ira enim mea super omnem populum eius. Gladius foris pestis et fames intrinsecus. Qui in agro est gladio morietur et qui in ciuitate pestilencia et fame deuorabuntur. Et saluabuntur qui fugient ex eis et erunt in montibus sicut columbe omnium uallium. Omnes trepidi unusquisque in iniquitate sua. Omnes manus dissoluentur et omnia genua fluent aquis et accingent se cilicio et operiet eos formido et in omni facie erubescet et in omnibus capitibus eorum calui erunt. Argentũ eorum foris proiectum et aurum eorum in sterquilinio erit. Argentũ eorum et aurum eorum non ualebit liberare eos in die furoris dõi. Anima eorum non saturabit et uentres eorum non implebuntur quia scandalum iniquitatis eorum factum est. Et ornamentum monilium suorum in superbia posuerunt et imagines abhominationum suarum et simulacra